



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

4. De Beneficiariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

TOries hæc questio discussa à sapientibus est, ut
mes pigear eandem iterum, iterumque recude-
re. Memineis ergo dimittere Beneficiorum, & Com-
munitatum non esse Dominos quoad proprietatem, ef-
ficiunt vel Dominos, vel liberos Administratores
eorundem, quare posse quidem Beneficiarios, sive Sa-
culares, ex de Lugo late alios citare r. i. de inf. d. 4. per
Sanch. r. i. conf. l. c. 2. ad d. 6. & deinceps, Caltro
r. i. de char. d. 3. Bon. propria disp. de. obl. Bene-
f. editio. Lug. d. un. sive regulares ex Sanch. l. 6. in
cap. 8. n. m. 13. & 14. hi sunt illi, qui ab Religio-
sissimis sunt ad Episcopatum, Archiepiscopatum,
palatium, vel etiam liber, in profanos usus fructus il-
los committere, sed peccare mortaliter, si superflua vo-
cantur non expendant in usus pios, & quidem peccato
capitali consensendo, quod tunc committitur, sive
contra preceptum Ecclesie id præcipientes, sive con-
tra preceptum naturale de non expendendo profanè
Deo à Fideilibus donatas. Ita videtur, & communiter
Theol. scilicet cap. 1. de reform. licet non peccare mor-
taliter, docent Locos, quem novissime refellit Diana
part. 1. li. 12. resol. 35. Ex his ergo fit, ut recipientes
omnino profano non obligentur ad restitutionem, quia
non accipiunt.

2. At verò, peccantne hi accipientes? Item ex eo
quod cooperantur cum peccato dantis? Respon-
detur, si inducant: vel excitent dantem, peccare. Ita de
longo l. *scilicet*, *num. 49* et *50*, quia sic sunt causa peccati
dantis: si sine inductione solum acceptent ea, qua
non dantur, non peccare, quia nunc non sunt pecca-
torum causa, sed tota malitia est ex parte dantis.

¶ V. *Selecta de Religiosorum Paupertate circa usum dependentem.*

Hoc ex vi paupertatis non habere dominium
reum temporalem, sed solum usum depen-
dentem à Superioribus insinuauimus modo; Dependen-
tiam à Superiore in hoc usu duplex distingui po-
test, alia, veluti comitantes, id est, ita vtor, verbi gra-
tia hoc libro, ut semper quidem mihi statutus cum relin-
gere, quoties Superior voluerit: at eo vtor, sine ulla
retra Superioris licentia. Secundo antecederet: id est,
ut non utar hoc libro, nisi præhabita licentiâ, siue
expresse, siue implicite. Iam assero ad posteriorem hanc de-
pendentiam Religiosos obligari à voto Paupertatis, nec
ad priorem. Ita Sanchez lib. 7. in Dec. cap. 9. num. 53.
Iam, ibid. citatus. Ratio est, quia si ad priorem dum-
taxat, nulla, vel modica esset paupertatis obligatio,
quod cum quia omnia habere, omnibus diuitiis frui,
potest, ac relinquere, quando Superiore liberet, quo
libet abdicatis in Nomine Christi paupertatem sequen-
tem, non videt. Accedit Votum obligare iuxta intentio-
nem votantis: At intentio Religiosi, dum vovet Pau-
perem, est, licet conformem reddere pauperibus indi-
gentibus, qui nec proprietatem rerum habent, nec usum
eius independentem à facultate Dominorum. Rectè
ergo de Lugo de Iust. l. 2. s. section. 3. numero 54. vide &
Alph. lib. habet: Per Pauperis Votum intendimus abdi-
care animum usum rerum temporalem, qui opponatur
vicio proprietatis. Proprietatem autem intelligimus
vovendi non ex communitate, sed ex propriis, & quod
ipse ex præcepto Prælati, quam abdicacionem fuisse ante
de initio statui Religioso, probat Suarez lib. 8. de
Iust. Relig. cap. 9.

1. Hinc non placent quatuor, quæ docet Caramuell.
in Reg. 2. Ben. n. 88. & n. 886. & num. 965. Primò, peccatum contra Paupertatem est solum Proprietatem, unde accipientem iter usum, & non proprietatem contra superioris iussione, peccare contra Obedientiam, non contra paupertatem. Secundò, non peccare Religiosi contra paupertatem, qui inscio Prælato libros ac-

capit à seculari, vel nummos, quibus libros emat, atque
iis in cella expositis vitur. Tertiò, Religiosum dantem
alteri Religioso eiusdem monasterij qualscumque res,
etiam pretiosas, ut item easdem accipientem ad eius-
dem Monasterij Religiosum non peccare contra eandem,
quia nimirum non facit detrimentum rebus Monaste-
rij, dum in eodem hæ res remanent. Quartò, Religio-
sum commutante res suas, vestes, verbi gratia, libros,
&c. tum aliis dissimilibus rebus suorum Correligioso-
rum, immò, & cum rebus secularium, servato circum-
circa eodem rerum valore non peccare contra pauper-
tatem, quia semper in Monasterio remanet æquivalens
valor, idè quæ esse, si commodet, vel mutuet. Non
placent, inquam, tum quia in his omnibus semper in-
tercedit usus à Superiore independens, qui, ut dictum
est, interdicitur à Voto paupertatis, tum quia in quarto,
adest in contrarium alia ratio; nam in commutatione
intercedit, vera rei alienatio, quam nemo facere po-
test, nisi qui perfectum rei dominium, & proprietatem
habet; ut *suprà* vidimus: Et certè, (si alia omittam)
si satis esset æquivalens valor, ad tollendum peccatum
contra paupertatem in commutatione, etiam valere in-
vendere, & emere; et ergo posset Religiosus vendere
omnia bona Monasterij, quo nil absurdus.

3 Hæc igitur omnia per se contra pauperatatem sunt : Solum rigor est temperandus ex eo , quod multa ex his fieri solent per tacitam, vel præsumptam Superioris voluntatem iuxta cuiuslibet religionis consuetudines. Legem citatos.

Aliqui item excusantur à mortali ob parvitatem materie. De parvitate hujus materie lege Sanchez l. 7. in Dec. cap. 20. n. 3. & c. 21. n. 30. benignius habes apud Fag. l. 8. in secundum Eccl. præc. cap. 6. n. 7. dum ait, in Religiosis haberi rationem filiorum: quod docet etiam Reb. apud eundem Sanchez d. cap. 20. n. 3. lege. item Dian. p. 1. tract. 6. de paup. relig. ref. 26. Nam propter hanc rationem dare mutuas etiam pecunias Confeliosis vel sæculari sine licentia, non esse mortale, docet probabiliter Ledefina, in addit. ad summ. rom. 2. cap. 4. dub. 2. alique apud Dian. p. 1. d. 6. refol. 13. Peyrinus t. 1. q. 2. cap. 2. §. 5. fauēt, que Suarez t. 3. de Rel. lib. 8. cap. 11. num. 15. alique: quia quamvis per mutuum transferatur dominium, tamen ipsum dare mutuum, quando certò moraliter erit reddendum, est res levis: quia datur cum onere restituendi, id, quod Dedefta propter eandem rationem extendit ad permutacionem, quod tamen improbat Sanchez t. 2. in Dec. l. 7. cap. 20. num. 67. Dixi autem non esse mortale: nam esse veniale, nisi tacita præsumatur licentia Prælati: dubium non est, quia contra Votum, etiam tum delinquitur, licet in re levi.

De dispositione pecunie à Religioso nomine alieno, vel nomine Testatoris facta.

4. Licitène potest Religiosus accipere pecuniam sine
licentia sui Superioris, ut ipse liberè expendat in elec-
mosynam nomine eius, qui ad talem finem dedit?

Respondendo: Si Religiosus eas pecunias sine licentia acceptet, ut sibi donatas, non licere, nimis est certum: At, si non ita; quate totum dominium remaneat in Domino, licere absolute docet Sanchez, l. 7. in det. cap. 30. n. 4. aliique apud Dñm. p. 2. tr. de paup. Rel. xv. §. 10. quia tunc nec dominium usurpat Religiosus, ut superius, nec usum: cum pro se illum non usurpet, Non licere docet Rodriguez, in exerc. spir. part. 3. tract. 3. cap. 1. Laym. d. 4. tr. 3. cap. 7. n. 26. Tur. 1. 2. d. 84. an. 8. quia ipsa distributio, praesertim quando est in pauperes, vel pia opera libere à Religioso eligenda; pretio est aestimabilis, ac propterea paupertati contraria. Distinguit denique de Lugo t. 1. d. 2. sect. 3. n. 53. §. 54. Si enim distributio, fiat in commodatam ipsius Religiosi, ut scilicet is possit dare, vel donare alius sicuti si haberet bona propria, non licere, quia tunc usum pecuniae independentem à Superiore usurpat. At si sincere, & bona fide